ad querendum dilectum ne venire
differat cum illa que dicit canticorum
3° surgam et circuibo civitatem querens
quem diligit anima mea / sic cum
desiderio querens dilectum absque dubio
inveniet illum unde subditur pau-
lulum cum pertransissem inveni quem
diligit anima mea tenui nec dimittam
Sic surrexit Maria Magdalena ut veniret
ad dominum cui cum dixit Martha soror
eius Johannis xj magister adest et vocat
te illa ut audivit surrexit cito et
venit ad eum // Circa secundam partem ubi
hortatur propheta intellectiuam ut se irradiat
cognitione celestium ut dilecto digne oc-
currere valeat cum dicit illuminare / ubi
notandum quod potentia intellectiua debet
illuminari triplicit(er) / primo namque debet illuminari
lumine fidei ut cognoscat peccati vilitatem
// 2° debet illuminari lumine scripture ut cognos-
cat dei voluntatem // 3° debet illuminari
divina gratia ut cognoscat divinam
suavitatem / prima illuminatio fit ad fu-
giendum omnia viciosa / 2a illuminatio fit
ad faciendum opera virtuosa // 3a illuminatio
fit ad pregustandum [illegible] suavissima
et delectosa // primo dico quod debet intellectus
illuminari ad cognoscendum peccati vili-
tatem ut fugiat omnia viciosa quod
probatur per illud illumina oculos meos ne umquam
obdormiam in morte id est in peccato mortali

Ille enim in morte obdormit qui in peccato
mortali decedit. Sed ante mortem
illuminatur qui peccata vitat et postea resusci-
tatur ad quod monet apostolus ad Ephe.
v° dicens Surge qui dormis et ex-
surge a mortuis et illuminabit te Christus
/ Secundo debet intellectus illuminari ad
cognoscendum dei voluntatem ut faciat
opera virtuosa. Unde psalmista lex domini imma-
culata convertens animas et iustitie domini
recte letificantes corda / et alibi declaratio
sermonum tuorum illuminat et intellectum dat parvulis
quia deus secreta sue voluntatis parvulis
et humilibus revelat et mundi prudentibus
non manifestat sicut dicit Matthei xi abscon-
disti hec a sapientibus et prudentibus
et revelasti ea parvulis // 3° debet illuminari
gratia ad prelibandum divinam suavitatem
et eius carismata deliciosa. Unde psalmista illuminat
mea in deliciis meis / Et Ephe. primo pater
det vobis spiritum sapientie et revelationis in
agnitionem eius illuminatos oculos cordis
vestri ut sciatis que sit spes vocationis
eius et que divicie hereditatis glorie eius
in sanctis. Clara claram per eum ubi audit prophetia
domini venientem cum affluentia gratiarum
et donorum cum subdit venit lumen tuum
Notandum quod hoc lumen divinum primo est
iocundum et delectabile potentie amative
et ideo est allectivum // 2° est splendidum
et admirabile et ideo est anime contemplatione suspe-
sivum // 3° est eternum et incorruptibile
et ideo est totius anime beatificativum
Primo dico quod lumen divinum est iocundum
et delectabile et ideo est anime allectivum
Unde Ecclesiastes xi dulce lumen est oculis
meis et delectabile videre solem. Unde psalmista
dicit apud te est fons vite etc. et ali-
bi signatum est super nos lumen vultus
tui domine etc. Secundo dico quod hoc lumen
est splendidum et admirabile et est
anime suspensivum in contemplatione. Unde
Act. xxvi vidi de celo supra splendorem
solis circumfulsisse me lumen et Job
xxxvi splendebat lucerna eius super
caput meum et ad lumen eius ambu-
labam / Et prima Petri 2° de tenebris nos vo-
cavit in admirabile lumen suum. Et
Job xxxvi Si voluit fulgurare lumine
suo desuper cardines maris operiet quia
lumen divine contemplationis operit et con-
tegit omnem modum carnalis cognitionis
// 3° dico quod hoc lumen divinum est eternum
et incorruptibile et ideo est totius anime
beatificativum. Unde sapientie vii dicit de sapientia
super salutem et omnem pulcritudinem
dilexi eam et proposui pro luce habere
illam quoniam inextinguibile est lumen illius
venerunt autem mihi omnia bona pariter
cum illa et innumerabilis honestas per ma-
nus illius. Et ecclesiastici xxiv ego feci in celo
ut oriretur lumen indeficiens. Lumen quod
lumen indeficiens est clara visione consistit
beatitudo eterna. Unde ad Col. primo dignos
nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine etc.
Sequitur collatio in epiphania domini de evangelio /
Vidimus stellam eius in oriente et
venimus cum muneribus adorare eum
Mt. 2° / Si dicta verba magorum colliguntur
tria notabilia in hoc verbo. Primo quod nati pueri
signum accipere divinitus meruerunt / 2° quod
signatum per stelle signum festine et
avide quesierunt / 3° quod natum puerum
verum esse deum devotione crediderunt /
tunc primi quia incarnationis fidem
habuerunt videbant stelle apparitionem
tunc secundi quia significatum per signum cog-
noverunt veniebant natum regem vide-
re per festinam devotionem tunc tertii quia
puerum natum verum deum crediderunt
adorabant ipsum per laudis exhibitionem
Primo concluditur nobis fides magorum
quia signum incarnationis magne
meruerunt ex eo quod deum incarnatum
crediderunt cum dicunt vidimus
stellam eius in oriente quia stella
ista fuit eis pro signo producta. Unde
Mt. secundo ecce stella quam viderunt

magi in oriente antecedebat eos
usque dum veniens staret supra domum
ubi puer erat // Secundo commendatur
nobis fides magorum quia quam cito
duce stella didicerunt videre puerum
desideraverunt eum adire et venire
ipsum querere et videre iam natum unde
ait 2° capitulo magi ab oriente venerunt
Ierosolimam querentes et dicentes ubi est
qui natus est rex iudeorum // 3° commen-
datur nobis fides magorum quia na-
tum puerum quem deum crediderunt
adorare venerunt cum subditur adorare
eum nisi in ipsum deum credidissent
adorare non venissent unde pote-
runt se hortari mutuo psalmo Ve-
nite adoremus et procidamus ante
eum // Circa primam partem ubi commendatur
magorum fides quia signum stelle [illegible]
incarnationis certitudine acceperunt
[illegible] cum dicunt vidimus stellam
eius / Ubi notandum quod preter stellam
materialem viderunt triplicem stellam
spiritualem // Prima stella fuit fidei [illegible]
radiosa quam viderunt in cordibus
radiantem // Secunda stella fuit virgo
puerpera gloriosa quam viderunt
in puerperio decubantem // Tertia stella
fuit Christus gloriosus quam viderunt in
sinu virgineo recubantem / Prima fuit
stella allegorice moralis / Secunda fuit
stella tropologice singularis // Tertia fuit
stella anagogice supersubstantialis // Prima
stella spiritualis que apparuit magis
fuit fides quam ad modum stelle
matutine viderunt in cordibus
suis radiare / unde fides illorum sicut
habetur [illegible] fuit quasi stella ma-
tutina in medio nebule stella ista
que alio nomine dicitur lucifer habet
noctem fugare et diem inchoare Sic

fides incarnationis in cordibus magorum
apparens expulit tenebras noctis infi-
delitatis et attulit eis lucem fidei et splen-
dorem veritatis unde cuilibet magorum potest
Christus dicere illud apocalypsis 2 qui vicerit da-
bo illi stellam matutinam / qui vicerit
scilicet mundum corone plenam fidei virtute
victoriose quia hec est victoria que vi-
cit mundum fides nostra dabo illi stellam
matutinam conformis lucis // 2a stella spiritualis
que apparuit magis fuit virgo gloriosa quam
viderunt in puerperio decubare / huius stel- [margin: Secunda stella Maria]
le ortum predixit pater istorum magorum et
alius Balaam ille antiquus magorum pa-
ter dicens de virgine orietur stella ex Ia-
cob et consurget virga de Israel et percutiet
duces moab / vel ad literam ista stella orietur
ortum habuit a iudeis et fuit virga percutiens
duces moab demonum percutiens [illegible]
huius stelle pulchritudo omnium stellarum claritatem
pulchritudine antecedit quia ut dicitur Iob
xxxv stelle non sunt munde in conspectu eius
in comparatione eius unde de ipsa dicitur sapientie
vii quod est speciosior sole et super omnem
dispositionem stellarum inventa prior illi u-
mo succedit nox quia eam non vincit
malicia // 3a stella spiritualis quam viderunt [margin: a Dath / filius]
magi fuit Christus gloriosus quam viderunt
in sinu virginis recubare / que est
omnium stellarum excellentissima sicut dicitur
Iob xxii an cogitas quod deus excelsior
celo sit et super stellarum verticem su-
blimetur hanc stellam videntes magi
multum sunt gavisi ait ii videntes
autem stellam gavisi sunt gaudio
magno valde quod de Christo intelligitur
quod autem Christus sit stella testatur apocalypsis
ultimo ubi dicitur ego sum radix et genus
David stella splendida et matutina
Circa 3am partem ubi commendatur fides ma

quere in eo qui regem natum. Unde de stel-
lanulo unde addit et venimus. ubi notandum
quod sancti magi triplicat venerunt primo
venerunt cum festinacione ut invenirent
eum per signum stellam demonstratum
2o venit cum devocione ut adoraret
hominem deificatum. 3o venerunt cum gau-
dio et consolacione ut honorarent eum
muneribus deum et hominem regem natum
Primo dico quod venit cum festinacione
ut invenirent oculis eum per signum stelle
demonstratum unde patet de eis dici quod
dicitur de pastoribus luce 2o et venerunt fes-
tinantes et invenerunt mariam et ioseph
et infantem positum in presepio videntes
autem cognoverunt de verbo quod dictum erat
illis de puero hoc. et exponi de eis illud
2 par. xv dederunt cor suum ut quererent
dominum deum israel venerunt in urbem querentes
dominum et dicentes ubi est qui natus est rex iudeorum
2o magi venerunt cum devocione ut ado-
rarent hominem deificatum. unde ps. veni-
ent et adorabunt coram vestigia pedum
tuorum et ps. pal. xvi de finibus suis venerunt
ad observandum dominum. 3o magi venerunt cum
consolacione ut honorarent muneribus suum
dominum et regem natum. unde ysa lx omnes de saba
venient aurum et thus deferentes et laudem
domino annunciantes quia ad litteram talia munera
optulerunt venientes et per hoc laudem deo
annunciaverunt aurum quasi regi thus quasi deo et
mirram quasi morituro homini offerentes unde
ps. venientes autem venient cum exultacione
portantes manipulos suos id est munera in manibus
suis. Contra 3m patet ubi quedam fides
magorum quia puerum natum deum crediderunt
in eo quod [illegible] venit eum subdit
venimus adorare eum. notandum quod magi ado-
raverunt eum triplici. primo eum adoraverunt re-
ligiose per cultum veneracionis per latriam de-
ferentes 2o adoraverunt eum affectuose per
beneficium in carnacionis [illegible] offerentes
3o adoraverunt eum officiose per signum divinitatis
per munera deferentes. primo dico quod magi

regem natum adoraverunt religiose per cul-
tum veneracionis latriam deferentes unde patet
de eis dici 18 psalmo 29 inclinavit se
et adoraverunt se deum deinde ipse [illegible]
nati puerum [illegible] adoraverunt quia ut deum
et regem suum [illegible] ut deum eum latria adoravit
quasi summum [illegible] ut regem [illegible]
adoravit eum [illegible] quasi summum [illegible]
[illegible] deferentes [illegible]
in supposito filii persona patet eum [illegible]
[illegible] adoracione latrie [illegible] ut de magis
3o summa [illegible] quod [illegible]
per purpuram qui rex induitur [illegible]
[illegible] ad ipsum adorandum unde patet adorantes
[illegible]
[illegible]
[illegible] adoranda [illegible] festinacione
2o dico quod magi natum regem adoraverunt
affectuose per beneficium incarnacionis [illegible]
[illegible] unde patet de eis [illegible]
qui audierunt quod visitavit dominus filios
israel et quod respexit afflictionem eorum [illegible]
adoravit per incarnacionem tam [illegible]
[illegible] unde super
16 adorem [illegible] adoravit
[illegible] adorandum
ad [illegible] // 3o dico quod ma-
gi natum regem adoraverunt officiose
per signum divinum [illegible] munera offerentes
[illegible] hominum et [illegible]
[illegible] dominium [illegible]
[illegible] munera quasi regi unde [illegible]
[illegible] venerunt [illegible]
[illegible] deferentes dominum adoraverunt [illegible]
ad litteram coronas suas regi ipsi
reges [illegible] apoc.
iiii adoraverunt viventem in secula seculorum
et mittebant coronas suas ante
thronum dei unde apoc. ii et [illegible]
[illegible] adoraverunt eum et apertis
thesauris suis optulerunt ei munera
[illegible] aurum thus et mirram [illegible]
[illegible] reges [illegible]
et [illegible] munera offerunt regi domino [illegible]
[illegible] dicitur [illegible]

Nolite conformari huic
seculo · sed reformamini
in novitate sensus vestri ut probetis que sit volu
tas dei · bona beneplacens et perfecta · Ro ·
xij · Dat · aps · volens nos amore
perfectionem reformari · amore mundi
velud veneno · amore divino initur
de hortari sic dicens · noli confor · hu
seculi · In quo verbo aps tria facit
primo hortatur nos / ne huius seculi vani
tati conformemur / 2o hortatur nos /
ut per amori conformati in gra re
novemur · 3o hortatur nos / ut sic re
novati divini placiti voluntatem conple
mus · Et sic hortatur nostre volun adtra
ctam ut detestatur seculi vanitates / et per propo
conformem perfecte novitates / et spe
culetur divini placiti voluntates / primo go
monet nos aps ut vanitates seculi
detestemur cum dicat nolite confor
mari huic seculo · scilicet per amore / ne perdatis
amore dei / Unde Ja · iiij · quicumque
volt esse amicus huius seculi inimicus
dei constituitur / Ecce qualis est amor
amore dei / et amore seculi contrarietas
unius aliquis ciciat et expellat / 2o hor
tatur nos ut novitati gratie conforme
mur cum subdit Sed renovamini in
novitate sensus vestri · Unde Ephs · iiij · Re
novamini spiritu mentis vestre et indu
ite novum hominem / qui secundum deum
creatus est / 3o hortatur nos / ut
voluntatem divini placiti conple
mur cum subdit Ut probetis que sit vo
luntas dei bona beneplacens · Unde Ephs
v · Nolite fieri imprudentes sed intelli
gentes que sit voluntas dei / Circa
primam partem ubi dehortatur nos aps
seculi vanitate dicens nolite
confor · huic seculo · Notandum quod seculo
nos debemus conformare ex inimicitia
propter tria mala que in seculo inveni
untur · quia in eo est / Astucia dolose
circumventionis · quantum ad mundi negocia
tores / Avaricia ambitiose
lucrationis · quantum ad mercatores ·

inmundicia cenose fornicationis · quantum
ad luxurie peccatores / Primo ergo seculum est de
testabile quia in eo est astucia circum
ventionis dolositatis · Unde dicit dominus Luc ·
xvj · filij huius seculi prudentiores filijs
lucis in generatione huius sunt · Et ad Cor ·
iij · Nemo nos seducat · Si quis videtur
inter vos sapiens esse in hoc seculo stultus
fiat ut sit sapiens · Sapiencia enim huius seculi stul
ticia est apud deum · Secundo seculum est detestabile
quia in eo est avaricia · dum distrahens
cupiditates · Unde Mar · iiij · Erumpne seculi
huius et deceptio diviciarum · et circa reliqua
concupiscentia introeuntes suffocat verbum ·
Et primo Thi · vj · divitibus huius seculi precipe
non sublime sapere · nec sperare · in incerto
diviciarum sed in deo vivo · qui prestat
nobis omnia · Et in 2o Thi · ij · Nemo mi
litans deo implicat se secularibus nego
ciis ut placeat ei cui se probavit /
Tercio seculum est detestabile quia in eo
est inmundicia polluentis carnalitatis
unde Luc · xx · filij huius seculi nubunt
et traduntur ad nuptias / illi vero qui
digni habebuntur seculo illo neque nubent
neque ducunt uxores · Unde religiosi
caste vivencium in hoc seculo necesse apud
dicit ad Thi · abnegantes impietatem
et secularia desideria sobrie iuste et pie
vivamus in hoc seculo / Unde Ja · primo · Religio
munda et inmaculata apud deum et patrem
hec est · inmaculatum se custodire ab hoc
seculo // Circa secundam partem ubi hortatur
nos aps ut in novitatem perfecte confor
mitatem cum addit sed reformamini
in novitate · Ubi notandum quod in naturalibus
contingit aliquid tribus modis · Primo aliquid
innovatur per aque ablutionem / 2o aliquid in
novatur per veteris pellis depositionem / 3o
aliquid innovatur per ignis vel incendij
adustionem · Sic in anima tripliciter
innovatur / Primo per lavacrum aque

baptismalis animam regenerantis. Unde ipsa
sacramentum gratie gratie primalis veterem
hominem deponit. 3o per incendium karita
tis totam animam inflammantis. Primo
dico quod anima innovatur vel renovatur
per lavacrum aque regenerationis spiritualis
et renovationis spiritus sancti quem effudit in
nos habunde per ihesum christum salvatorem
nostrum. Unde dicit per lavacrum renova
tionis spiritus sancti. Quia virtute spiritus sancti anima
in aqua baptismali innovatur. Unde psalmista: lavabis
me et super nivem dealbabor. Et sequitur
Cor mundum crea in me deus et spiritum rectum
innova in visceribus meis. Secundo anima innovatur
per satisfactionem penitentie veterem hominem expoli
antis. Unde ad Colossenses iii. expoliantes
vos veterem hominem cum actibus suis et induentes
vel contritionis lamentum induite novum
hominem qui renovatur scilicet per penitentie sa
cramentum. Et in secundo Cor. 4°. Et si is qui deforis
est noster homo corrumpitur, sed is qui intus est
renovatur de die in diem. Unde prima Cor.
v°. Expurgate vetus fermentum ut sitis
nova conspersio sicut estis azimi. 3°
anima innovatur per incendium karitatis ad
ardentem vel inflammantis. Unde psalmista: Dolor
meus renovatus est, concaluit cor meum
intra me etc. Sicut enim per ignem rubi
go ferri finitur et ferrum renovatur, sic per ca
ritatis incendium anima renovatur. Unde ad
Romanos vi. Existimate vos mortuos quidem peccato
mortali, viventes autem in novitate spiritus sancti
in spiritu caritatis. Hoc enim mandatum
caritatis est proprie novum sicut dicitur
Johannis xiii. Novum quia in nova testamento de
novo sit datum, sed proprie totus homo
renovatur. Circa 3am partem ubi nos
hortatur apostolus ut experiamur quam complacita
sit voluntas dei dicit esse vo
luntatem sive bona placitam vel perfectam
tum subdit ut probetis que sit voluntas dei
bona beneplacens vel perfecta. Ubi nota
quod voluntas dei bona consistit ut peccati
in hoc

opera dimittamus. Voluntas dei benepla
cens in hoc consistit ut virtutum merita
perficiamus. Voluntas dei perfecta in hoc consistit
ut ad perfectionem ardua contendamus. Primo
dico quod dei voluntas bona in hoc consistit
ut peccati opera relinquamus. Unde prima Thess.
iiii. Hec est voluntas dei sanctificatio
vestra ut abstineatis vos a fornica
tione ut sciat unusquisque vestrum vas
suum possidere in sanctificatione et honore
non in passione desideriorum sicut gentes
que ignorant deum. Et prima Petri iiii. In
christo passo in carne deinceps iam non
ut iam non hominum desideriis sed vo
luntati dei reliquum est in carne
vivamus. Sufficit enim preteritum tempus ad
voluntatem gentium consummandam qui am
bulaverunt in luxuriis et desideriis.
Secundo dico quod voluntas dei benepla
cens consistit in hoc ut ad virtu
tum merita perficiamus. Unde ad Hebre
os xiii. Deus autem pacis aptet vos
in omni bono ut faciatis volunta
tem eius faciens in vobis quod placeat
coram se per ihesum christum. Et Hebr.
x°. patientia vobis necessaria est ut vo
luntatem dei facientes reportetis
promissionem. Tertio dico quod volun
tas dei perfecta in hoc consistit ut
ad perfectionem ardua contendamus.
Unde ad Colossenses iiii. Stetis perfecti et
pleni in omni voluntate dei. Et in 1o capitulo
eiusdem. Dicit vobis det omnibus ut
impleamini agnitione voluntatis eius et
... magno ... vo
tum ... magno impleatur per
... ista et super ... opera

Est sermo in festum cum in templo
fuit in die lamentacionis(?) de sedis
remedii. ... tria sunt obser
vanda que tangit ... tractare.

[illegible]

uit, in hoc libro/ primo debet ingrediendo obser
uare oportunitatem 2° debet dilectum int
rogare, ubi habeat dilectus mansionem
seu mansionis continuitatem, 3° non
debet acquiescendo cessare/ nisi habeat di
lecti presencialitatem/ hec tamen de singulis
hic racione tercii de singulis temporis inquirendo
debet queri oportunitas/ racione templi
de singulis loci, inquirendo debet inveniri con
gruitas/ racione inventi de singulis ratione
dilecti presencialitas/ Primo ergo instruitur anima
Volens deum invenire, quod habeat observare
temporis oportunitatem. unde dicitur post triduum
invenerunt eum in templo tercia die que invenitur dilectus, prima
dies fuit lucis nature secunda dies lucis scrip
ture, 3a lucis gracie, postquam 3° inventus est
dilectus, sed anima non inveni
ebatur quia lux gracie non luxerat super
terram, sed nunc 3 dies lucis splendet super
terram. quia apparuit in carne benignitas
et humanitas qui prius in visibilibus videbatur
de hoc triduo potest exponi illud actuum ix
et erat tribus diebus non videns. Secundo
instruitur anima in querendo dilectum debet observ
are loci congruitatem unde additur
in templo scilicet devoti cordis, ubi invenitur
dilectus ut in sede sua psalmus dominus in templo sancto suo et anima cuiuslibet iusti
est templum et sedes sapiencie 3° instruitur
anima quod non debet inquirendo cessare
donec nascitur dilecti presencialitate
unde subditur invenit eum et caetera nemo in
venit nisi dilectum ut dicit devota
anima canticorum iii inveni quem diligit
anima mea/ et sapiencie vi facile invenitur
ab hiis qui querunt illum// Claustrum
pectoris ubi instruitur anima interrogans
de dilecto observat temporis oportunitatem
unde dicit post triduum Tobie non sufficit
ad 3 tres status fidelium scilicet incipien
tium proficientium et perfectorum sicut tres
triduum observare debet ad inveniendum
dilectum/ Incipientes inveniunt deum post

triduum contricionis confessionis et satisfactionis
Proficientes inveniunt deum post triduum
oracionis ieiunacionis et elemosinarum largicio
nis/ Perfecti inveniunt deum post triduum
fidei spei et sancte dilectionis// Triduum ergo
incipiencium est cordis dolentis, oris
confitentis operis satisfacientis// Triduum
proficiencium est, ut oracio sedet animam
ieiunium de carne, porta clamat de exteriori
subsistencia. Triduum perfectorum est fidei illuminantis
racionalem, spei elevantis irascibilem, cari
tatis inflamantis concupiscibilem. Primo
dico quod incipientes debent observare tri
duum contricionis, confessionis, et satisfactionis
unde representat quod delinquunt corde et
ore vel opere. Ut dicat eis dominus illud
Osee vi. quasi crearet sic fecit, quia iam
deus suscitet me et cetera vel Mathei xv. misereor
turbe quia iam triduo perseverant mecum
Et Osee. vi. post tres dies revertimini
ad me, post tres dies scilicet cordis oris
et operis, revertimini ad me scilicet per contricionem
confessionem et satisfactionem. Secundo debent
proficientes observare triduum oracionis ie
iunacionis et elemosinarum largicionis, ut oracio
dicit de anima ieiunium de carne, porta clamat
de exteriori substancia, Iohannis ii. solvite
structum templum dei et post triduum illud
reedificabo. templum cordis, quod solum
aperto reedificatur in triduo, oracionis ieiu
nacionis et pie erogacionis. Et Mathei xxvi
possum destruere templum dei et post triduum
reedificare illud// Tercio debent
perfecti observare triduum fidei spei et di
lectionis Ut tandem accipiat dotem visio
nis. tencionis. dilectionis. Unde Actuum xxv
Festus post triduum ascendit Ierosolimam
post triduum fidei spei et caritatis ascen
dit anima ad festum in ultimam tenens.
ut accipiat dotem visionis aperte, per spe

dote temporis licet, propter dilectionem dote fruitionis
eterne. quas dotes tunc suscipiet et orna
bitur. Unde Act. xxvii. Omnes nos susce
piens triduo benigne exhibuit. Secunda
partem ubi instruitur anima ut in que
rendo dilectum observat loci congruitatem
scilicet adducitur in templo, quia in templo invenitur.
Unde ad nomen templi designatur cor, quia templum
veteris legis primo auro intus totum vesti
ebatur, secundo lapidibus et lucernis luminibus
illustrabatur, tertio divina gloria habi
tabatur. Sic anima volens esse templum
et locus ubi inveniatur dilectus primo
debet esse deaurata caritate diforme,
secundo debet esse illustrata sapientia lucifera,
tertio debet esse inhabitata a spiritu septiformi.
Primo dico quod anima ad modum templi debet de
aurari scilicet caritate difformi. Quia cum
[illegible] sit difforme. Unde iii Reg. vi.
Nichil erat in templo quod non auro tegeretur,
sic nichil sit in corde quod non caritate deauretur.
Unde sequitur: Totum altare oraculi texit auro.
Templi huius oraculum cordis est secreta quae
auro caritatis est tegenda, ut decor sit divitiis.
Unde primo Mach. vi. Templum in eo locuples
valde, et illic velamina aurea. Secundo debet anima
ad modum templi illustrari sapientia lu
ciformi. Unde i Mach. iiii. Accenderunt
lucernas quae super candelabrum erant et lu
cebant in templo. Lucerna lucens in arce templo
est in sapientia scintillas [illegible]. Sed qui terrenam
rerum postponunt ad hoc templum deorsum
[illegible]. Eze. viii. Ecce viri habentes
dorsa contra templum domini. Tertio debet anima ad
modum templi inhabitari a gratia spiritus sancti
septiformi. Unde prima Cor. iii. Nescitis
quia templum dei estis vos et spiritus dei habi
tat in vobis. Unde ii Cor. vi. Vos estis
templum dei vivi sicut dicit dominus quoniam
inhabitabo in illis. Et ii Mach. xiiii.

Tu domine universitatis qui nullius indi
ges voluisti templum tuum habitationis
tue fieri in nobis. Tertia partem
ubi instruitur ut in querendo dilectum
non cessat donec inveniat dilecti pru
dentialitatem. Unde subditur: invenerunt
eum. Ubi nota quod cum diligentia quae
rentibus quomodo inveniatur dilectus,
quia qui ipsum invenit invenit illud
bonum, vitam sanitatem affirmo. Sa
pientiam illustrantem intellectum dignitatem
deificam. Inveniunt tria bona. Primo inveniunt
vitam sanitatem affirmo. Secundo inveniunt
sapientiam illustrantem intellectum. Tertio
invenit copiam dignitatem [illegible]
[illegible]. Primo dico quod Christum inveniens
invenit vitam unitatem. Unde Prov.
viii. Omnis qui me invenit inveniet
~~sapientiam~~ vitam et hauriet salutem a domino. Item
Prov. xxi. Qui sequitur iustitiam
et misericordiam inveniet vitam et gloriam. Secundo
inveniens Christum invenit sapientiam intellectum
illustrantem seu illuminantem. Unde Prov. vita
iii. Beatus homo qui invenit sapientiam et
qui affluit prudentia et sapientia.
Glossa: id est quemcumque maxime sapientia et
facile invenitur ab his qui querunt illam,
preoccupat qui se concupiscunt. Tertio
Christum inveniens invenit copiam omnium
deificam dignitatem. Unde Prov. viii. Qui
mane vigilaverit ad me inveniet
me. Mecum sunt divitie et gloria opes
superbe et iustitia. Et Matth. xiii.
Simile est regnum celorum thesauro ab
scondito in agro, quem qui invenit [illegible]
agrum illum. Omnia temporalia sunt vendenda
ut inveniatur copia dilecta copiosa
preciosa cum illa quae dicit Luc. xv.
Congratulamini mihi quia inveni dragmam
quam perdideram et cetera. Sequitur

Tercia iii pars capituli [illegible] [illegible] de templo

Caritatem fraternitatis diligentes
honore invicem prevenientes
sollicitudine non pigri etc.
Ro. xii. In hoc verbo ordinat totam po-
ordinatio licionem celestis milicie que consistit
in subditis et prelatis. Sed quia subditi
habent duplicem ordinationis respectum
unum inter se ipsos, alium ad prelatos
supra se. Ideo hic etiam est hec ordinata
in capite et in membris tripliciter. Primo
quia subditi sunt sicut membra se invicem
in se diligunt et zelant. Secundo quia
subditi prelatos supra se honorant
debite et venerantur. Tercio quia
prelati de subditis supra se intendunt
et sollicitantur. Ideo apostolus volens de-
bite ordinare et commissas ecclesias
hec tamen facit in hoc verbo dicens cari-
tatem etc. Primo hortatur membra id est
subditos ut sibi invicem mutue
dilectionis rependant amicitias.
Secundo hortatur subditos ut prelatis
supra se reddant reverentiam de-
bite venerationis. Tercio hortatur pre-
latos ut subditis saltem se exhi-
beant diligentis pie sollicitationis.
Primo quidem hortatur subditos ut se
invicem diligant et zelant cum dicit
caritatem fraternitatis diligentes. Quod dicitur
diligite vos invicem ex summa caritate
[illegible] xiii. Caritas fraternitatis ma-
neat in vobis. Secundo hortatur subditos
ut prelatos debite venerentur cum
dicit honore invicem, quia licet sint omnes
honorandi non tamen eque, quia magis
specialiter prelati, unde Ecclesiastici x. In medio
fratrum rector illorum in honore est.
Sequitur et qui timent deum erunt in
oculis eius. Quod dicitur sicut oculi et [illegible] conspectu
domini timentium prelati sunt in ho-
nore. Tercio ecclesias hortatur prela-
tos ut ita subditis prepositi sollicitent
cum addit sequentes sollicitudine non
pigri. Prelatis non competit pigritia quia
in tribus diarum sollicitudo. Unde Ro. xii.
Qui preest in sollicitudine et qui miseretur
in hilaritate quia sunt duo nobilissima
officia prelati scilicet preesse diligenter et
misereri clementer. Circa primam partem
ubi hortatur subditos sicut membra ut
se rependant vicem mutue dilectionis cum
dicit caritatem fraternitatis diligentes
notandum quia sicut in membris corporalibus sic debet
esse in spiritualibus. In membris autem corporalibus
ita scilicet quia uno indigenti alia sub-
ministrant subveniendo. Uno infirmante
alia subveniunt compatiendo. Uno leta-
to alia congratulantur congaudendo.
Sic in subditis tanquam membris spiritualibus
apparet caritas fraternitatis triplex. Primo
si uni temporalium [illegible] alii supp-
lent per subventionis supplementum. Secundo
si uni corpore infirmanti succurrunt alii
per orationis fulcimentum. Tercio si uni in gratia
existenti congaudent alii per congratula-
tionis delectamentum. Et primo dico quod
caritas fraternitatis est inter subditos quia uno
indigenti sit ab aliis defectus suppleme-
ntum. Unde ad Gal. v. per caritatem spiritus ser-
vite invicem. Omnis enim lex in uno sermone
impletur diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quod
si invicem mordetis videte ne ab invicem consu-
mamini. Unde prima Io. iii. Qui habuerit substanciam
mundi huius et viderit fratrem suum necessitatem habere
et clauserit viscera sua ab eo quomodo caritas
dei manet in eo etc. Ad Ro. xiiii. Si propter
cibum frater tuus scandalizatur iam non secundum
caritatem ambulas. Secundo dico quod caritas
fraternitatis manet inter subditos si uno
corpore infirmanti serviunt alii orationis ful-
cimento. Unde prima Pe. iiii. Vigilate in orationibus
ante omnia mutuam in vobis ipsis caritatem
continuam habentes quia caritas operit multi-
tudinem peccatorum. Et ad Ephe. iiii. Supporta-

tates i virem i caritate solliciate suad
unitatem spus in vinculo pacis Tho
dico q caritas manet aut scdotes s vno
ex parte igitur congaudeat alii per singula
omnis delamentum ipius eius assistis ca
ritatis est bonis congaude sicut p. cor
xiii Caritas paciens et benigna et cetera
tiam gaudet sed non gaudet super iniquitate / congaudet aut
veritati et p. thess iiii vos aut dns mul
tiplicet et habundare faciat caritate vraz
in invicem et in omnes. et ad ro. v. Caritas
dei diffusa est in cordibus nris per spm scm
qui datus est nobis. Tercia suas partem
ubi hortat apls scdotes ut plati ex
hibeant reverenciam debite venerationis
eo sdot honore i vite pueniretes. Ubi
notandum q spali sit honorandi plati
propter tria. primo quia adeo sunt honorati
quod constituuntur in officio platoris. Scdo quia
phiis quorum sunt plati dant sedare morti
tpe persecutoris. tercio quia vices gregis
domini deputati quem redemit sanguine
passionis. propter primum quia adeo in platum
assumpti sunt i constituti, instituti mentis sunt eius
assumpti sunt i constituti honoratores. propter 2m quia precibus
vitarum et honoratores. propter ... tenentur sunt capi
re morti offic. tenentur sunt capi ... pari
defensores. propter 3m quia plebes passe
re debent sunt capi alimentum et
eruditione. Ideo plati sunt honorandi ut
pastores. Ipso plati sunt honorandi [illegible]
a dno honorati a quo i constituti [illegible]
ad platum. unde heb. v. Nemo assumit
sibi honorem sed qui vocatur a deo tamquam aaron
et hest. vi. sic honorabitur quem rex
voluit honorare. ideo plati non solum
voluit honorare pro platis non solum
platum honorem sed ad divinum oraculum est
i stimendum. unde eccli. vii. Noli ab hoie
querere ducatum neque a rege kathedram
honoris. Scdo plati sunt honorandi quia
tenentur servire pro subditis tpe persecutoris
quibus illud non honoraret qui ipse mor
tem intraret. ideo sic dicit facere plati
eo digne sunt honorandi. unde ad phill.
ii. huiusmodi cum honore habetote quia
propter opus dei usque ad mortem accessit

Ut propter deum ad ro. xiii. Reddite
omnibus debita cui timorem
timorem, cui honorem honorem. Tercio
plati sunt honorandi quia sunt vicarii gre
gis domini quem redemit sanguine
passionis. unde p. thi. iiii. Qui bene
presunt presbiteri duplici honore dig
ni habeantur, maxime qui laborant
in verbo et doctrina. Et eccli. vii. Hono
ra dominum ex tota anima tua et illos
honorifica sacerdotes. Tercia tamen
partem ubi hortatur platos ut subditis
impendant curam pie sol
licitudinis. ut scdotes solicitudine
non pigri. ubi notandum q plati
in tribus debent esse solliciti. ut circa procu
rationem subditorum salutem. Primo possunt
solliciti verbis sue predicationis ne
grex ignorans cadat in foveam dap
nationis. Scdo possunt solliciti ex
emplis sue conversationis ut grex sce
quens cadat in scandalum sue dap
nationis. Tercio possunt solliciti
studio devote orationis ut grex
evadat famem malignis... donis.
Primo dico q plati debent esse
solliciti i verbis sue predicationis unde
p. thess. ii fiducia habuimus in deo
loqui nobis evangelium dei in multa
sollicitudine. quod dicit eccli. xlii. Vi
gilia et sollicitudo aufert soporem.
Multo debent solliciti plati
de plebe sua erudienda quia pignus
carissimum sibi traditur ipsis platis in
die iudicii ... et reddenda. Sicut
et dicitur sint vigilantes solliciti de congrega
tione pecuniarum. sic curates de sa
lute animarum. unde Baruch iii. Argen
tum thesaurizant et solliciti sunt, nec est
inventio operum eorum. Scdo quia sunt exemplar
sunt et radix scelus descendunt. Scdo
dico q plati debent esse solliciti
exemplis sue conversationis. unde tit. ii.
...nobis exhibe in omnibus teipsum exemplum bonorum operum in lege in virtute et

nolo cum nos sic esse sollicitudi
ne. Heam / de nobis / Ertad hebre
vi Cupimus unumquemque vestrum eandem
ostendere sollicitudinem ad comple
tionem spei usque in finem, ut non se
gnes efficiamini. Sed heu iam epi
plati non sollicitantur eo bone co
usacionis. sed magis sollicitat inne
cilas eo lucrone et corrupcionis sed
illi mali pastri sollicitates sunt a
nacem. de quibus dicitur xiii. Volentes qui
bus sed ea observantes cottidie sollicitudi
bus eam. Tercio prelati de quo ppe sollici
cita studio devote orationis pro suarum
plebium salute ut fecit apostolus coll.
iiii. sollicitus sed pro vobis in orationibus
ut stetis perfecti et pleni in omni volunta
te dei et in ii ad cor. xi. instantia mea cotti
diana sollicitudo omnium ecclesiarum. quod
apostolus cottidie instabat orationi sollicite
pro earum salute. Sed prelati heu iam
non sollicitantur de orationibus sed potacionibus
et vite voluptatibus. luc. viii. a sollici
tudinibus et voluptatibus vite euntes suffo
cantur. quia ad literam tales sepe morte
subitanea suffocantur etc.

Spe gaudentes in tribu-
latione pacientes. orationi
instantes. Ro. xii. In hoc verbo
apostolus sub virtute minimi
moto. nos monet tolerare ut dis
tantis mala que nunc tolleramus sit
dicens / Spe gaudentes etc. Ubi hortatur
nos ad tria ubi virtutis minima seu
minimia. primo ad spei gaudentem con
fidentiam. Secundo ad tribulacionem pacientem
sustinentiam. Tercio ad orationum frequentem
insistentiam / Ex spei et superioris mundi
confidentia fortiter contempnitur. Ex tribu
lacionis sustinentia mundi mala que
nunc pertulit. Ex orationis frequentia
mundi mala totaliter cessant. primo

hortatur nos apostolus ad spei confidentiam per quam
mundi mala fortiter contempnuntur. sed dicit Spe
gaudentes. cum cum stat etiam contempnunt
temporalia. ubi ps. bonus vir mundi noxii
spes eius et. Secundo hortatur nos ad tribulationis
pacientem sustinentiam per quam mundi mala
que nunc tollerantur, sed addit in tribulatione
pacientes. quod in act. xiiii. per multas
tribulaciones oportet nos intrare regnum
dei. Tercio hortatur nos ad orationis frequen-
tem constantiam per quam mala totaliter cum
tur / sed subdit. orationi instantes luc. xviii
oportet semper orare et numquam deficere, oportet semper orare
quod hostis noster non cessat nos impu-
gnare / Circa primam partem ubi hortatur
nos apostolus ad spei sue confidentiam sed dicit
Spe gaudentes. Notandum quod a magistro se
tenciarum iii. di. xxxi. sic diffinitur spes
Spes est certa expectatio future beatitudinis
veniens ex dei gratia et meritis precedentibus
sic sunt magistri tria requiruntur ad spem veram
resolvendo / primo quod in anima presupponatur
meritorum exigentia et meritis precedentibus
Secundo quod de super confidatur ex dei influentia
ubi et veniens ex dei gratia. Tercio exspecta
anima que asserunt de beatitudinis obtinentia
ubi certa expectatio future beatitudinis
Secundo quod spes dat exiturum exigentia
spes distinguitur a virtutes naturales que sine
meritis in nascitur / Secundo quod spes datur
ex dei influentia spes distinguitur a virtutes
consuetudinales et intellectuales que ex propria
repetitione acquiruntur / Tercio ex hoc quod spes
spes quam expectat de beatitudinis obti
nentia. spes distinguitur a virtutes cardina-
les que non in obitum etiam principaliter Spes
fiunt. Primo dico quod spes in spante
supponit meritorum progressionem quod sperare
sine meritis est sperare contra presumptionem spes
de presumptio. ubi iob xi. Si iniquitatem
que est in manu tua abstuleris non timebis

serit in tabernaculo tuo in iustitia. Tolle
vac potius faciem tuam aliquis macula
et. Secundo quia habens fiducia posita tibi spe
Et in psalmo Spera in domino et fac bonitatem. q.d.
Si nisi in domino vite spare fac bonum, quia ma-
le facientibus non potest esse spes. propter quod tarre-
tiam militorum. Unde Sap. iii. Cui abicit
disciplinam infelix est et vacua spes illorum
et labores sine fructu. Secundo dico quod spes
propter dei in fidentes exigit gratie influ-
enciam. quia non datur nisi a spiritu sancto.
etcum spiritu sancto. quia specialiter donum dei. Unde
Ro. xv. Deus autem spei repleat vos omni
gaudio et pace in credendo ut habunde-
tis in spe et virtute spiritus sancti. Et in psalmo Quoniam
tu domine singulariter in spe constituisti me.
Et alibi Deus meus in adiutorium spei mee.
Tertio dico quod spes dat prospicere beatitu-
dinis eternam confidenciam. Unde ad Titum iii.
Justificati gratia ipsius heredes sumus secundum spem
vite eterne. Item Sobrie et iuste et pie
vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem
et adventum domini magni. Et Sap. iii.
Spes illorum immortalitate plena est.
Tertia sequitur partem ubi hortatur nos apostolus
ad tribulationum patientem sufferentiam
cum dicit in tribulacione pacientes. Et ponit
quod tribulatio patienter ferenda propter tria.
Primo tribulati si sint in peccatis a peccatis pur-
gantur. Secundo tribulati si careant peccatis in virtute
et gratia dilatantur. Tertio tribulati si sint
in gratia dilatati in perpetua patria coro-
nantur. Primo dico quod sustinentes tribula-
tionem a peccatis purgantur. Unde Eccl. ii. Pius
et misericors deus et remittit in tribula-
tione peccata. Sed in tempore tribulationis peccata. Item Eccl.
iii. In die tribulationis memorabitur
tui et sicut in sereno glacies solventur
peccata tua. Et Thob. iii. In tempore tribulationis
peccata dimittis hiis qui invocant te.
Secundo sustinentes tribulationem si peccatis caru-
erint in gratia dilatantur. Unde Ps. Cum
invocarem exaudivit dominus. etc. Et ii.

Tribulacio

Cor. i. Benedictus deus et pater domini nostri
Ihesu Christi qui consolatur nos in omni
tribulatione nostra. Et Judith viii.
Omnes qui placuerunt tibi per multas
tribulationes transierunt fideles. Tertio
sustinentes tribulationem si in gratia di-
latati sunt in patria coronantur. Unde
Thob. iii. dicit Sara. Hoc autem pro tribulatione
habet omnis qui colit te, quia si vita eius
in probatione fuerit coronabitur, si in tribula-
tione liberabitur. Et Ysa. xxii. Coro-
nans coronabit te tribulatione. propter
tribulationem coronaberis quia omnis qui
in presenti tribulatur in celis coronatur.
Unde apoc. i. Ego Johannes frater vester particeps
in tribulatione et regno. Cum enim
participes sunt communionis dicit participes re-
gni. Quarta sequitur partem ubi hor-
tatur nos apostolus ad orationis frequentem
instantiam. cum subdit orationi insta-
tes. Et ponit quod ad hoc ut oratio sit deo
placens requiruntur tria. Oratio orantis
primo debet tunc separari ab occupationibus ne
mentem pluralitate distrahatur. Secundo debet
tunc intentionibus adunari ut oratio
tunc in instantia incedat. Tertio debet tunc
elevari in superioribus ut mens spiritua-
lem quod exoptat capiat. Primo dico
quod volens devote orare debet tunc cor
ab occupationibus separari. Unde precepit dominus
Mt. vi. Tu autem cum oraveris intra in
cubiculum et clauso hostio ora patrem
tuum. Et iiii. Re. iiii. ingressus clau-
sit hostium super se et oravit dominum
Tunc enim hostia in orando clauduntur
quando sensus ab occupationibus distractione
retrahuntur. Unde i Cor. xiiii. Ora-
bo spiritu. orabo et mente. psalla-
bo spiritu. psallam et mente. In corde et
mente attentione [illegible] vocalis
ne etiam mentalis. Secundo volens de-
vote orare debet tunc cor intentionibus

ad vnacionem. Ad quam cordis vnitatem hortatur nos Petrus apostolus primo
Petri iij. Vnanimes in oracione estote.
Vnde in ij Regum dixit ille deuotus
Dauid inuenit seruus tuus cor suum
ut oraret te oracionem hanc. Racio quia dicit
inuenit cor suum. quia multi cor in
oracione bone distraccionis perdunt. Vnde
in psalmo. Apud me oracio deo vite mee
Glossa. dicit apud me id est corde meo quod
me tamen in ore oracio ipsa sit placens
deo vite mee. Tercio uolens deuo
te orare debet habere cor in superioribus
eleuatum. vnde psalmo. dirigatur oracio mea
sicut incensum in conspectu tuo. Fumus
incensi ad alta leuatur. sic oracio
mea ad deum sursum feratur. Vnde
Apocalipsis viij. Ascendit fumus incen
sorum de oracionibus sanctorum. Vnde dicit Augustinus
de monte oracionum. ascendit in montem
qui orat pro temporalibus non ascendit
in montem. sed ipse in infimis iacens
vilis ad deum preces mittit. Sed
nos ascendere debemus in oracione pete
tes petimus ut legitur Actuum x. de beato
Petro. Ascendit Petrus in superiora
domus ut oraret et sequitur. Cecidit
super eum mentis excessus et vidit
celum apertum. Racio quia ascendentes
in oracione merentur ad deum rapi in
contemplacionem etc.

Implete ydrias

aqua Iohannis ij. ydrie que sunt corda
fidelium que dicuntur impleri aquis
compunccionis ut adueniente conuertantur in
vinum deuocionis et ideo metha
phorice describitur in quo vasis tale
cor debeat esse ingrediens vinum
gracie sue dignatur infundere. Primo
cor debet esse vacuum iniquitate ut
graciam recipere valeat. Secundo debet esse

capacium humilitate ut graciam receptam teneat
Tercio ut sit in fine suauitate ut gracia sibi
sibi recepta sapiat. Et hec tria describuntur primo
de iste euangelio in istis verbis. Implete
ydrias aqua etc. Nomine impletoris describit cor
dis recipientis a culpa vacuitatem. Nomine
ydrie profunde vasis describit cordis graciam
humilitatem. Nomine aque in vinum mutabilis
describit gracie dulcem suauitatem. Primo
describit cordis a iniquitate vacuitas
cum dicit. Implete. Non enim de nouo aqua
impletur nisi prius vacuetur sic non cor
impletur gracia nisi prius vacuatur a culpa
Vnde Luce j. Esurientes impleuit bonis. Ingressus
Esurientes a vanis a culpa et gracia, sicut
contra impletur diuitiis bonis gratiis. diuites
nos nudi temporalibus solaciis repletos dimit
tit inanes a gracia et immunes quia temporalibus
pleni non vacuati gracia non possunt impleri nisi
Secundo describitur cordis ex humilitate caua capa
citas cum addit ydrias. ydria est vas pro
fundum huius capacitate designatur cor
quod capax et receptiuum liquoris gracie per profun
dam humilitatem. Vnde iij Regum xviij. dixit Heli
as implete ydrias aqua et effundite super
holocaustum. Cum ydrie aqua implentur
cum corda gracia implentur. Tercio describitur
liquoris infusi siue gracie dulcis suaui
tas cum subditur aqua. Implete ergo ydrias
aqua id est corda gracia de qua aqua gracie sic dicitur
illud Prouerbiorum v. Bibe aquam de cisterna tua de
profunda cisterna humilis cordis debet bibi aqua
gracie et deuocionis. Primo ergo ut ordinate
procedamus videamus qualia sint cordis ydria
Secundo qualis infusa aqua. Tercio quomodo sit
implenda vel infundenda. Circa illam
partem ubi nomine ydrie notantur cordis
graciam et profunda humilitas. Racio notandum
in scriptura inuenimus ydriam triplicem
cor fidelium designantem. Prima ydria est
mulieris Samaritane. Secunda ydria mulieris
Sareptane. Tercia ydria virginis
Rebecce. ydria Samaritane designat

cor coniugale quod samaritana fuit ad literam
coniugata. ydria sareptane designat cor
sareptane viduale quod sarepta fuit
ad literam viro seu marito viduata.
ydria rebecce designat cor virginale quod
rebecca non dum fuerat coniugata. prima
ydria designat cor coniugale et vane
sollicitudinis relinquenda. secunda ydria de
signat cor viduale devotionis farinula
et implenda. tercia ydria autem designat cor
virginale haustu delectationis et deo exhi
benda. Omnia ista probantur ex textu. pri
mo dico quod ydria samaritane designat cor
coniugale et vane sollicitudinis ad pedem
relinquenda. unde dicitur de muliere samaritana Joh.
iiij reliquit ydriam suam et abiit. Sic ydria
cordis coniugalis ad pedes domini relinquitur
dum cor coniugale ambe dei proposito casti
tatis astringitur unde catholica q. xxxij ubi agitur
ydria super fontem restringitur tota super
ciliosa tota astringitur dum cor eius a carna
litate reprimitur. Sed ydria quando dimit
titur in a cogitatione carnali restringitur.
Secundo dico quod ydria sareptana designat cor
viduale in deficiente mire oleo et de
votionis farinula et implenda quod corda
vidualia debent esse devotione et una ple
na iij regum xvij dixit vidua sarep
tana ad heliam petentem ab ea pa
nem vivit dominus quod non habeo panem
nisi quantum pugillus capit farine in
ydria et paululum olei in lechito et quod
excello modico fecit propheta opus mire cari
tatis sibi dominus dedit unde sequitur ibidem
hec dicit dominus ydria farine non deficiat
nec lechitus olei minuetur. Sic fecit
propheta promissum et tandem promissum imple
vit unde sequitur ibidem. Ex illa die ydria
farine non defecit et lechitus olei non
est imminutus. ideo dum ubi quinque
dicuntur vidue ad opera mire. Tercio
dico quod ydria rebecce designat virginale
et preelectionis haustu deo exhibenda
dominus cum de ydria virginali bibere de
lectatur unde geno. xxiiij puella ni

mis decora virgoque pulcherrima
et incognita viro descenderat ad fontem
et impleverat ydriam suam ac re
vertebatur. Sequitur pauxillum michi
ad sorbendum prebe aque de ydria
tua. Que respondit bibe domine et ce
leriter deposuit ydriam super ulnam
suam et dedit ei potum. Ex hijs autem
collige quod dominus delectatur bibere et
petit haustum de ydria cordis vir
ginei quod virginitatem et filius et mater
virgines sunt cor humiliter et caritate
ut fecit virgo rebecca petenti hau
stum tota ydria propinavit. Circa
secundum partem ubi describitur ydria in sui
qualitatibus inventae aque implete ginem
ab aqua ubi sciendum quod sicut est
triplex cordium ydria sic et triplex
diffunditur eis aqua ut receptum sit
in receptaculo secundum modum recipientis.
Primo quod in cordibus ydria coniugalis
et aqua turbida vane multiplicis
distractionis. Secundo in ydria cordis
vidualis et aqua calida vere mire
et compassionis. Tercio in ydria cordis
virginalis debet esse aqua limpida pure
et caste affectionis. Primo dico quod
in corde coniugali et aqua turbida pre
multitudine turbulenta distractionis unde
iure valentibus prout dicitur propheta
virgines quid tibi in via egypti
prout ut bibas aquam turbidam
hec bona coniugatorum et multiple
cogitationibus et tumultis unde pro ea
mittit et cetera sit aqua cordis et cetera
ecce xxxij Contribulatis aquis
pedibus tuis quod cum coniugatorum
affectionum pedes sint in corporalis
in mundi et carnales ea omnia alia

sunt in iudea et turbata et inde bibunt aquas fell. Sic dico quod in corde viduali est ce aqua calida ignea propter iram et compassionem. Gen. xxxvi. Iste est qui invenit aquas calidas cum pasceret asinas patris sui. Ana interpretatur donans vel respondens vel inutilis. Desiguat hic aquas calidas, unde sicut et compassionis dum invenit asinas sui patris, pasceret id est pauperes & reficit, quia asine domini quia sub flagella domini reficit. Iste aqua pietatis sunt calidissime quia sunt purgatorium eius estuans refrigerare. Sicut enim calida aqua extinguit ignis ita etiam extinguunt peccatum. Tercio dico quod in corde viduali est aqua dulcis et limpida propter puram et castam affectionem. Sic Eze. xxxvi. Dominus sanctificatus sum in vobis. Congregabo vos de universis terris et ab omnibus ydolis vestris et postea dicitur hic ubi dicit viginti dominus sanctificatus sum in vobis id est dominus meus vobis sanctificavit in sponso spiritualem congregabo vos de universis terris eligendo vos in vas in spiritum peculiarem et effundam super vos aquam mundam. sicut castitatis et mundabo vos ab omnibus inquinamentis vestris et ydolis id est cogitationibus et fantasmatibus omnis carnalitatis. Sic ibidem Eze. xxxvi. purissimas reddam aquas cordis. Certa tamen partem ubi destribuitur cordis recipientis sanctitas alterna implere possit cum dicitur implebuntur. Sicut nondum est triplicem cellam ydriarum et aquarum in super spiritus triplex impletio. Nam coniugati bibentes aquas turbidas implentur a terrestri sollicitudine temporali. Sed viduati bibentes aquas mundas ca

